

tibus plurimis, quando combussit ignis ducentos quinquaginta viros».

Y en el capítulo III (1) encontramos este formidable hecho: «Mortui sunt enim Nadab et Abiu, cum offerrent ignem alienum in conspectu Domini in deserto Sinai..... functique sunt sacerdotio Eleazar et Ithamar coram Aaron patre suo».

Amados seminaristas: «Omnis vos filii lucis estis et filii diei: non sumus noctis, neque tenebrarum: igitur *non dormiamus* sicut et caeteri, sed vigilemus et sobrii simus» (2). «Deinde nos, qui vivimus, qui relinquimur, simul rapiemur cum illis in nubibus obviam Christo in aera: et sic semper cum Domino erimus» (3) «Itaque consolamini invicem in verbis istis» (4).—«Vos autem genus *electum*, regale Sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis: ut virtutes annuntietis ejus, qui de tenebris vos vocavit in admirabile lumen suum. Qui *aliquando* non populus, nunc autem populus Dei: qui non consecuti misericordiam, *nunc* autem misericordiam consecuti» (5).

(1) Num. III, 4. et Levit. X, 1 et Paralip. XXIV, 2.—(2) Ad Thesalon. V, ver. 5 et 6.—(3) I Ad Thesalon. IV, 16.—(4) Ibidem, versu 17.—(5) I. Petri, II, 9 et 10.



CAPITULO VI

EL SACERDOTE Y SU DIGNIDAD, SEGÚN EL DERECHO
CANÓNICO, LA TEÓLOGIA DOGMÁTICA Y LA
HISTORIA ECLESIÁSTICA

Sacerdotium fuit in omni Lege. Concil. Trid. sess. 23. cap. I. ibi: «Sacrificium et sacerdotium ita Dei ordinatione conjuncta sunt, ut utrumque in omni Lege extiterit». Tempore Legis naturae, id est, ab Adam usque ad Moysem, Sacerdotes erant omnes Filii primogeniti, qui virtute eorum Primogeniturae gaudebant hac commendabili praerogativa, et facultate offerendi victimas in Sacrificium Domino, ut docent S. Thomas 2.æ q. 85. art 2. aliquie passim Doctores citati et secuti a Clericato de *Sacrificio Missae*, decis. 7. num. 10; tamen, ut observat Peyrinus in Genesim c. 25. num. 76. et citatus Clericatus in suis Spicis verb. Sacerdoti num. 786 solerent saepe saepius Genitores concedere Sacerdotium, et praerogativam offerendi sacrificia Deo etiam Filiis non primogenitis bonae indolis, et operibus devotionis et sanctitati deditis, ut coepit facere ipse Adam cum secundo filio suo Abel intuitu ejus eximiae innocentiae et pietatis erga Deum, ob quam Dominus respexit ad Abel, et ad victimas ejus sibi in Sacrificium oblatas, ad Cain autem, et ad ejus munera non respexit. Gen.

4. num. 4, et 5. ibi: «Et respexit Dominus ad Abel, et ad munera ejus; ad Cain vero, et ad munera illius non respexit».

Tempore legis scriptae, seu Mosaicae, constituit Deus sumnum Sacerdotem Aaron Fratrem majorem Moysis; erat enim Aaron major Moyse tribus annis; nam cum educti sunt filii Israel de Ægypto, erat Moyses annorum octoginta, et Aaron annorum octoginta trium, ut habetur Exodi 7. n. 7. ibi: «Erat autem Moyses octoginta annorum, et Aaron octoginta trium». Et ista fuit una de causis, quare Aaron assumpsit Sumnum Sacerdotum et non Moyeses: Nam sumnum Sacerdotium conveniebat Primogenitis et Aaron erat Primogenitus Amram, ut habetur Exodi 6. Sic expresse Abulensis in Leviticum cap. 16. q. 3. vers. loquere. Et medio Aaron transtulit Deus Sacerdotium in Tribum Levi jubendo quod solum illi de dicta Tribu Levitica essent sui Ministri, seu Sacerdotes Sacrificiis addicti, ut habetur Numer. 3. num. 5. ibi: «Locutusque est Dominus ad Moysen dicens: «applica Tribum Levi, et fac stare in conspectu Aaron Sacerdotis ut ministrent ei»: Hinc Sacerdotes Hebrei vocabantur Levitae.

Tempore Legis Gratiae, Sacerdotes sunt omnes, et soli illi, qui ab Episcopis rite ordinati Characterem Sacerdotalem receperunt, quo habent potestatem consecrandi verum Corpus, et Sanguinem Christi, ac remittendi et retinendi peccata; cap. Firmiter credimus I. de summa Trinitate et Fide Catholica. Concil. Trident. sess. 23. cap. et Canon. I.

Sacerdotium Legis veteris commutatum est in novum; lib. 6. Constit. Apostol. cap. 23. Concil. Trident. sess. 23. cap. I.

Sacerdotium novae Legis a Christo est institutum. Concil. Trid. sess. 22. cap. I. et Canon 2. et sess. 23 cap. I et Canon. 3.

Sacerdotium in Lege nova est visible, et externum signum (id est Ordinatio), Concil. Trident. sess. 23 cap. et Canon. I.

Sacerdotium non est nudum ministerium, sed dicit potestatem consecrandi, et offerendi verum Corpus et Sanguinem Christi et dimittendi peccata. Concil. Trid. sess. 23 cap. et Canon. I.

Sacerdotalis Ordo per Christum coepit a S. Petro. cap. In novo 2. dist. 21.

Sacerdos ita dicitur quia Sacrum dat, cap. Cleros I dist. 21. ibi: Sacerdos autem nomen habet compositum ex Greco et Latino quasi sacrum dans: Sicut enim rex a regendo, ita Sacerdos a sacrificando vocatus est, consecrat enim et sacrificat. Et Clericatus in suis Spicis loc. cit. n. 801. notat ex Macr. in suo Hierolexico verb. Sacerdos, quod hoc verbum Sacerdos dicitur quasi Sacra dicens, seu Sacra faciens, vel Sacra dans, aut Sacra docens.

Sacerdos non potest iterum fieri Laicus per ablationem Characteris. Concil. Trid. sess. 23. cap. et Canon. 4.

Sacerdos malus non perdit Ordinem, id est, Characterem: Quantumvis enim peccet graviter, remanet Sacerdos cum eadem sua Sacerdotiali potestate. Concil. Constantiens. contra art. 15 Wiclef. et contra ultim. Joan. Hus.—Concil. Trid. sess. 14. cap. 6. Can 10.

Sacerdos malus adhuc valide conficit Sacramento: Malitia enim et immunditia Sacerdotis non vitiat Sacramento. Cap. Nonne Sodomitae 37. Cap. Dominus declaravit 87. Cap. Christus 88 et Cap. Non nocet 89 caus. I. q. I cum similibus.

Sacerdotum officia in Sacramentorum confectione non merita considerat Deus. Cap. Cum Scriptura 83. caus. I. q. I. Unde Sacramenta sunt bona, etiamsi ministri sint mali. Cap. Si justus 30. Cap. Ex Catholicæ 31. Cap. Si autem 32. et Cap. Nec foris 33. caus. I. quae. I. Boni enim et mali Sacerdotes aequo Corpus Christi conficiunt. Cap. Intra Catholicam 77. et Cap. Omnia Sacramenta 78. caus. I. q. I. cum similibus.

Sacerdotes tamen, quanto apud Deum sunt meritis digniores, tanto facilius a Deo exaudiuntur, textu expresso

in cap. Ipsi Sacerdotes 91, can. I, q. I. Unde serio attendere debent Sacerdotes quod de ipsis habetur in cap. Vasa 44, dist. I de consecratione, ibi: Quondam Sacerdotes aurei ligneis Calicibus utebantur, nunc è contrario lignei Sacerdotes aureis utuntur Calicibus.

Hinc Sacerdotes, si sint in mortali, debent confiteri, antequam celebrent. Concil. Moguntin. IV, c. 36. Concil. Trident. sess. 13, c. 7. Quod si desit Confessarius, et urgeat necessitas celebrandi, debent elicere actum contritionis, et postea quamprimum confiteri, textu expresso in ipso Conilio Tridentino cit. sess. 13. cap. 7.

Sacerdos a semetipso sumit Eucharistiam, si celebrat. Concil. Trid. sess. 13, cap. 8 et Canon. 20. Item si non celebret potest extra Missam, non tantum pro Viatico, aut in necessitate, sed etiam devotionis causa sibi ministrare Communionem, si non adsit alius Sacerdos, et scandalum absit. Ita Suarez, Vazquez, Fagund. Silvest. Homobon. Boss. Bonacin. Vivald. Diana. Dicastill. Bosco, et alii citati et secuti à La Croix lib. 6, part. I, num. 481, contra Cajetan. Armill. Fillinc. Avert. Et ratio est quia nulla lex id prohibet Sacerdoti: immo Concilium Nicaeum 2, id concedit Diacono, uti notat Dicastil. d. 11, num. 95.

Sacerdos non consecrans sub una tantum specie communicat. Concil. Coloniens. III, p. 7, cap. 15.

Sacerdotes inservire non debent Laicis in vilibus, officiis, et praecipue mulieribus. Sacra. Congregat. Episcop. in Epistol. Encyclic. 16 Martii 1697, apud Ursayam loco cit. num. 14.

Sacerdoti quamvis unico Testi plena Fides adhibenda est. Rota in Romana Officii Notariatus 22 Junii 1722 §. Quod autem, coram Ratto apud Ursayam in 2 Miscellaneo Sacro et Profano litt. S. n. 2. Sacerdos sine causa ad multum tempus non celebrans, imo etiam nunquam celebrans, nequit rationabiliter praesumi malae vitae Sacerdos, perinde quasi Ordinis Sacerdotalis exercitium con-

temneret; adeoque admittendus ab Episcopali, Maraviglia. Leg. 339 Prudentiae Episcopalis.

Possunt tamen simplices Sacerdotes in articulo mortis absolvere, nedum a venialibus, et mortalibus alias confessis, sed insuper a quibusvis casibus, et Censuris etiam reservatis. Vide ibid, num. 13.

Pro tali casu Ecclesia dat Jurisdictionem omnibus Sacerdotibus etiam degradatis, excommunicatis vitandis, irregularibus, apostatis seu haereticis. Vide ibid. num. 14. Fagnanus tamen cum multis aliis lib. 4. Decretal. cap. 11. Non est vobis 11. de Sponsalibus num. I, et sequent. defendit excommunicatum vitandum non posse absolvere, neque in articulo mortis, et ad id adducit declarationem Sacrae Congregationis Concilii. Unde si ipsa esset authentica, non esset ab ea recedendum. Vide ipsum ibi, ubi multa habet ad rem. Vide etiam omnino, quae recte adducit Albizi apud Tersagum in Instruct. Confessoriorum pag. 20, 21.

Talis ampla potestas extenditur ad probabile periculum mortis. Vide, ibid. n. 15.

Sacerdotes superiores sunt Saecularibus. S. Clemens. Epist. I, cap. 5, lib. 2. Constit. Apostolic. cap. 33.

Imo Sacerdotes sunt praestantiores Regibus: lib. I, Constitut. Apost. cap. 34 ibi: Hos existimate vestros Praesides, hos putate Reges, his quasi Regibus vectigalia afferte, eos enim eorumque domesticos bonis vestris alere debetis. Ut enim Samuel in primo de Regibus libro de Rege alendo sanxit populo, et Moyses de Sacerdotibus in Levitico: Sic nos vobis de Episcopis sancimus.... Siquidem ille militaria tantum administrabat, bello et pace ad custodiam corporis susceptis, hic vero Sacerdotium ad honorem Dei administrat, ut pericula ab anima et corpore propulset: Quanto ergo anima corpore praestantior est, tanto est Sacerdotium Regno excellentius, ligat enim, aut solvit supplicio vel remissione dignos.

Et quod Imperium non praesit Sacerdotio, sed subsit

et ei obedire teneatur, habetur expresse in cap. Solitae 6 de Majestate et obedient; ibi: Potuisses autem praerogativam Sacerdoti ex eo potius intelligere, quod dictum est non a quolibet, sed a Deo, non Regi sed Sacerdoti, non de Regali stirpe sed de Sacerdotali prosapia descendant, de Sacerdotibus videlicet, qui erant in Anathot. Ecce constitui te super gentes et Regna, ut evellas et dissipes et aedifices, et plantes..... et infra: Praeterea nosse debueras, quod fecit Deus duo magna Luminaria in Firmamento Coeli; lumenare majus ut praeesset diei, et Lumenare minus ut praeesset nocti; utrumque magnum, sed alterum majus. Ad Firmamentum igitur coeli, hoc est universalis Ecclesiae, fecit Deus duo luminaria magna, id est, duas instituit Dignitates, quae sunt Pontificalis Auctoritas et Regalis potestas; sed illa quae praesest diebus, id est, spiritualibus, major est; quae vero carnalibus, minor, ut quanta est inter Solem et Lunam, tanta inter Pontifices et Reges differentia cognoscatur.

Sacerdotes enim sunt Patres, et Magistri Regum et Principum, textu expresso in cap. Quis dubitet 6, dist. 96, ubi ex Gregorio VII, lib. 8, Epistol. 21, habentur praecissa haec verba: Quis dubitet Sacerdotes Christi Regum et Principum omniumque Fidelium Patres et Magistros censi? Nonne miserabilis insaniae esse cognoscitur, si Filius Patrem, Discipulus Magistrum sibi conetur subjicare et inquis obligationibus illum potestati suaे subjecere, a quo credit non solum in Terra, sed etiam in Coelis se ligari posse, et solvi? et concordant cap. Bene quidem I cap. Satis evident 7 cap. in Scripturis 8 cap. Duo sunt. 9 cap. Si Imperator II, cap. Nunquam 12, et cap. Constantinus 15. dist. 96 cum similibus.

Sacerdotalis potestas cum Regia semper rexerunt genus humanum et si istae duae non conveniunt male regitur. Concil. Coloniens. II p. 2, cap. 2. Duo sunt dist. 96, cum similibus.

Sacerdotes exercere nequeunt Procuratoris Officium. Mart. V. Constit. 3, incipi. In Apostolicae.

Sacerdotes tenentur scire Decreta Sedis Apostolicae. S. rictius Papa. Epistol. I cap. ult. Item tenentur scire Canones. Coelestin. I Epist. 3, cap. I cap. Nullis 4, dist. 38 cum similibus.

Sacerdotes tenentur litteris vacare et fugere ignorantiam. Concil. Arelaten. IV cap. 3, cap. Ignorantia I dist. 37. Sacerdotes enim ignorantia non excusantur, cap. Si in Laicis 3, dist. 38.

Sacerdotes non possunt uti vestibus pomposis, variatis etc. vel ab Ordine alienis. Conc. Nicaen. II cap. 6 cap. Omnis jactantia I, caus. 21, q. I, cum similibus.

Sacerdotes extra domum non debent comparere sine veste Sacerdotali; cap. Sine ornatu 4, caus. 21, cap. 4 cum similibus.

Sacerdos contrahens Matrimonium de facto incurrit in excommunicationem; Facta poenitentia, ab Episcopo dispensatur, ut ministret, sed matrimonium est nullum, textu expresso in cap. Sane Sacerdotes 4, de Clericis conjugatis.

Quibus autem puniatur Sacerdos, seu clericus in Sacris constitutus, vel Regularis Castitatem solemniter professus, Matrimonium contrahens; notat Pignatell. tom. 8, consult. 63, num. 32, quod ex Concilio Noceasariensi relato in cap. Presbiter 9, dist. 28 ab Ordine deponi debeat, quod Glossa explicat de Depositione officii quemadmodum et exiuit Ecclesiasticis Beneficiis cap. Decernimus, ut hi, qui in Ordine Subdiaconatus et supra, uxores duxerint, aut concubinas habuerint, officio atque Ecclesiastico Beneficio careant. Vide Pignat. loco cit. cum aliis ibi ad ductis.

Cum Sacerdos non ex reverentia, sed ex negligentia, celebrare omittit, tunc (quantum in se est) privat Sanctissimam Trinitatem laude et gloria, Angelos laetitia, Peccatores venia, Justos subsidio et gratia, in Purgatorio existentes refrigerio, Ecclesiam Christi spirituali beneficio, seipsum medicina et remedio contra quotidiana peccata

et infirmitates. S. Bonavent. in Opusculo de praeparatione ad Missam cap. 5; ex vener. Beda, et sequitur Amostar de causis piis lib. 3, cap. 5, num. 45. Ursaya tom. 5 part. I, discept. 4, num. 142 et aliis passim.

Sacerdotes Novi Testamenti non parentum nobilitate sed pro vitae suae merito sunt electi, nec attendendum quos parentes habuerint, sed cuius meriti sunt; S. Anselmus in Epist. S. Pauli ad Haebreos cap. 7. Nobilitas enim morum plus ornat quam genitorum; arg. cap. Nos qui 3, dist. 40 cap. Recurrat 3. § His ita caus. 32, quae. 4, et cap. Venerabilis 47 de praevent. ubi expresse dicitur: «Non generis, sed virtutum nobilitas, vitaeque honestas gratum Deo faciunt et idoneum servitorem»; in cuius Summario sic praecise habetur: «Clerici ignobiles et non eminentis scientiae, propter hoc non debent a praebendis repelliri, etiam in Ecclesia quae tales admittere non consuevit.

«Grandis dignitas Sacerdotum, sed grandis eorum ruita, si peccant». S. Hieronymus lib. 16, in cap. 44. Ezech.

«Si sacerdos, qui est unctus peccaverit, faciet delinquerre populum» cap. Magnae 7, de voto et Levit. c. 4.

«Nullum majus praejudicium, quam a Sacerdotibus, tolerat Deus». S. Gregor. Homil. 17 in Evang.

Malus Sacerdos de Sacerdotio suo crimen acquiret non dignitatem. S. Ambrosius Hom. 43, in cap. 23 Matthaei.

«Nulla re magis Deus offenditur quam quod indigni et peccatores Sacerdotis dignitate praefulgeant». S. Joann. Chrysost. Homil. 41 in Math.

«Labia Sacerdotis custodient scientiam et legem requirant ex ore ejus quia Angelus Domini exercituum est. Vos autem recessistis de via, et scandalizastis plurimos in Lege, irritum fecistis pactum Levi, dicit Dominus exercituum, propter quod et ego dedi vos contemptibiles et humiles, omnibus populis; «Malach. 2, nūm. 7, 8 et 9.

«Quis aliquando vidit Clericum cito poenitentiam agenter?» S. Joan. Chrys. Homil. 40 in cap. 21 S. Math. Laici delinquentes facile emendantur; Clerici si mali

querint, inemendabiles sunt, Auctor Oper. Imperf. Homil. 41.

«Nulla certe in mundo tam crudelis bestia quam malus Sacerdos; nam corrigi non patitur.» S. Euseb. «Epist. ad Damas.»

«Separavi vos a caeteris ut essetis mei.» Levit cap. 20. Ut integritas Sacerdotis demonstraretur, qui non aliquatenus sed plane totum Deo dicaverit. Theodor. quaest. 3. in Levit.

«Officium quidem Sacerdotiale suscipimus, sed opus Officii non implemus.» S. Gregor. Homil 17. in Evang.

«Ad stipendia dumtaxat oculos habent»; S. Isidorus Pelusiota lib. I. Epistol. 142. Non virtutum merita, sed subsidia vitae praesentis exquirunt. S. Gregor. lib. 23. Moral. cap. 17. Non ut meliores, sed ut ditiores fiant. «Non ut sanctiores sed ut honoratiores sint.» S. Prosper. lib. I de vit. contempl. cap. 21.

«Dignitas sacerdotalis prius noscatur a vobis ut deinde servetur a vobis.» S. Ambros. de Dignitat. Sacerd. cap. 5.

«Praetulit nos Deus Angelis, et Archangelis, praetulit Dominationibus.» S. Bernard. Serm. ad Psalm. Sacerdotium ipsi quoque Angeli venerantur. S. Greg. Nacian. Orat. 12. ad Levit.

«Excusa me apud te, Virgo gloriosa... Sacerdotium ipse praetuli super te. Potestas Sacerdotis superat potestatem Virginis gloriosae.» S. Bernardin. Senens, tom I serm. 20. art. I cap. 7.

«Beata Virgo solum semel aperuit Coelum, Sacerdos qualibet Missa.» S. Vincent. Ferrer. Serm. I in festo Corporis Christi.

«Vere veneranda Sacerdotum dignitas, in quorum manibus Dei Filius, velut in utero Virginis, incarnatur.» S. Aug. lib. de dignitate Eccl. Apol. 3. tract. de Sacerd.

«Pater omnifariam potestatem dedit Filio; Ceterum video eamdem ipsam potestatem a Deo Filio Sacerdotibus esse concessam.» S. Joan. Chrysost. Homil 5.

«Deos etiam ipse Deus appellat»; S. Gregor. lib. 4 Epist. 9.

«Nihil omnino prodest nomen sanctum habere sine moribus, quia vita a professione discordans abrogat illustris tituli honorem per indignam actuum vilitatem.» Salvian. de Provid. libro 3. ad fin.

«Honor sublimis, et vita deformis, S. Ambrosius lib. de Dignit. Sacerd. Professio Deifica et actio illicita.» Idem ibid.

Ornamenta in luto, dignitas in indigno, Salvian. ad Eccles. Cath.

Non ita corruptis moribus vivunt saeculares ut Ecclesiastici. S. Bernardus. ibidem.

«Tales Sacerdotes non sunt mei Sacerdotes, sed veri proditores; ipsi enim quasi Judas me vendunt et produnt.» S. Birgitta. lib. I. Revelat. c. 47.

«Adam peccavit in terra, et veniam consecutus est; Lucifer in Coelo, et Diabolus factus est; sic differunt peccata Laicorum et Clericorum.» Hugo de S. Caro in illud Psalmi 118. num. 119. «Praevaricantes reputavi omnes peccatores terrae. Ad differentiam sacerdotum qui debent vocari peccatores coeli, uti Angeli, saeculares vocantur peccatores terrae: Unde Santa Birgitt. lib. I. Revel. cap. 47: «Sacerdotes mali sunt in eodem peccato quo cecidit Lucifer; nunc etiam dico tibi judicium eorum, et cui sunt similes.»

«Si peccas in Sacerdotio, peristi.» S. Joan. Chrys. Homil. 41 in Math.

«Sic enim Deus irascitur peccantibus Sacerdotibus, ut etiam sacratis locis vasisque non parcat.» I. Reg. 4. S. Prosper. de prom. et prod. par. I. c. 24.

«Ante omnia Sacerdos castitate debet accingi.» S. Joan. Chrys. Hom. 4. in Levit.

«Ut in iis niveus pudicitiae candor effloreat qui Sacris Mysteriis familiarius appropinquant.» S. Petrus Damianus Opus. 18. contra Cler. in temp. dif. fert. I. c. I.

«Sacerdos... Ne polluat Sanctuarium Domini, quia Oleum

Sanctae Unctionis Dei super eum est.» Levit 21. num. 12.

«Sacerdotes polluerunt Sanctuaria mea.» Ezequiel 22 n. 20. id est, explicat ibi Hugo Card. «per vitae immunditiam.»

Audent Agni immaculati sacras contingere carnes et intingere in Sanguine Salvatoris carnes nefarias, quibus paulo ante proh dolor! carnes meretricis attractaverunt. S. Bernardus «in declamat.»

Pudititia Sacerdotalis non solum ab opere se immundo abstineat, sed etiam a jactu oculi et cogitationis errore mens Christi Corpus confectura, sit libera», S. Hieroni. in c. Epist. ad Titum.

«Quis adeo impius erit qui lutosis manibus Sacratissimum Sacramentum tractare praesumat?» S. Aug. serm. 144 de tempor.

«Polluimus Corpus Christi quando indigni accedimus ad Altare.» S. Hieron. in c. I. Malachio.

«Cum in os immundum Sanctissimam carnem ponit, eam quasi in lutum projicit.» Petrus Beasensis serm. 38.

«Quantum flagitium in spurcissimam tui corporis cloacam Sacratum Christi Sanguinem profundere!» S. Thomas de Villanova Concion. 3. de Corpo. Christi.

«Gravius peccant indigne offerentes Christum Regnatum in Coelis, quam qui eum crucifixerunt ambulantem in terris.» S. Aug. cit. a Mol. Tract 2. c. 17.

«Auctores mortis existimus qui esse debemus duces ad vitam.» S. Gregor. Homil. 17 in Evang.

«Si Sacerdotium corruptum fuerit, omnis fides marcita est.» S. Joan. Chrysostom. Homil 38 in Math.

«Populum videmus nugacem eo quod tales habeant Sacerdotes.» S. Ambros. de dignit. Sacerd. c. 5.

«Causae sunt ruinae populi Sacerdotes mali.» S. Greg. lib. 4. Epist. 64.

«Tantum inter Sacerdotes et quemlibet probum interesse debet, quantum inter Coelum et terram discriminis est.» S. Isid. Pelusiota, lib. 2, Epist. 107.

«Ebrietas in alio crimen est, in Sacerdote Sacrilegium.»
S. Petrus Chrysol. ser. 26.

«Provide, ne lingua quae vocat de Coelo Filium Dei,
contra ipsum Dominum loquatur.» S. Augus. serm. 37.
ad Fratres de Herem.

«Inter saeculares nugae, nugae sunt, in ore vero Sacer-
dotis blasphemiae.» S. Bernard. lib. 2 de considerat.

«Labia sacerdotis custodient scientiam.» «Discamus Sa-
cerdotem doctum esse debere» S. Hieron. in cap. 2. Ma-
lachiae.

«Manus Sacerdotis modo inunctae sunt pice cupiditatis
ad retinendum, quae deberent esse inunctae unctione
charitatis ad largiendum.» Hugo Card. in illud Psal. 25.
Dextera eorum repleta est muneribus.

«Si pro se unusquisque in die judicii vix poterit ratio-
nem reddere, quid de Sacerdotibus futurum est, a quibus
sunt animae requirendae?» S. Augus. libr. 50. homil 7.

«Pro populorum iniquitate damnantur, si eos aut igno-
rantes non erudiant aut peccatores non corrigant.» Sanctus Isidorus lib. 3, sententiarum,

«Sacerdotes, pensemus negotium nostrum, pensemus
pondus, quod suscipimus, faciamus nobiscum quotidie ra-
tiones quas cum Judice nostro habebimus.» S. Greg. Homil. 17. in Evang.

«Vere magna confusio Sacerdotum, et omnium clericorum,
quando Laici inveniuntur fideliores, et justiores.»
S. Joannes Chrysostom. Hom. 40. oper. imperfect. aut quis
alius ejus Auctor.

«Quomodo non sit confusio esse illos inferiores Laicos,
quos etiam esse aequales magna confusio est?» Idem ibid.

«Erubescant Sacerdotes, si sacratoris vitae invenian-
tur Laici, qui vitae fluctibus sunt immersi.» S. Gregor.
part. 2^a Pastor. admon. 29 et Petrus Blasensis serm. 12.

«In die Judicii Sacerdos spoliabitur Sacerdotii digni-
tate, et erit inter infideles.» S. Joan. Chrysos. Homil 40, in
cap. 21 Math, juxta illud Ezequielis 23: «denudabunt te

vestimentis tuis, tollent vasa gloriae tuae et dimittent te
nudum ignominia plenum.»

Sacerdotes mali p[ro]ae omnibus diabolis profundius sub-
mergentur in infernum.» S. Birgitta lib. 4. Revelat. c. 35.

Quo major est auctoritas, eo majus est eorum qui pec-
cant supplicium.» S. Chrysost. in Psal. 6.

Ingrediuntur electi Sacerdotum manibus expiati coes-
tem patriam; et Sacerdotes ipsi per vitam reprobam in
inferni supplicia festinant.» S. Gregor. Homil. 17. in Evang.

«Non temere dico, sed ut affectus sum et sentio: Non
arbitror inter sacerdotēs multos esse qui salvi fiant, sed
multo plures qui pereant.» S. Joan. Chrysost. Homil. 3.
in cap. I. Act. Apostol.

«Clerici et Religiosi, quando Christo adherent, optimi
sunt et optimum et multum fructum faciunt; Quando
autem a Christo separati sunt, nutrimentum sunt ignis
peccati in praesenti, et in futuro ignis infernal[is].» Hugo
Cardin. in cap. 15. Evang. S. Joan.

«Miror an fieri possit, ut aliquis ex Rectoribus sit salvus.»
S. Joan. Chrysostom. Homilia 34 in Epistol. ad Haebreos.

«Sacerdos, si vitam suam disposuerit, tuam autem non
diligenter curaverit, cum impiis in gehennam detrudetur.»
S. Joan. Chrysost. Homilia 85 in Joan.

«Quidam Religiosus qui noluit acceptare Episcopatum,
neque ad preces sui Superioris, apparens post mortem
cuidam suo amico et ab ipso interrogatus, an quiddam mal[us]
passus fuisset ob tales resistentiam factam Superiori ad
nolendum Episcopatum, respondit: Minime. Immo si Epis-
copatum receperissem, essem aeternaliter damnatus.» Sic re-
fer. Carthust de vita et Reg. Episcop. cap. 42. Et de alio,
qui ad consilium sui patrui recusabit sibi oblatum Epis-
copatum, refert Sanctus Hieronymus in Reg. mon. cap.
5.: et iden Carthus. loc. cit. quod post mortem ipsi suo
patruo apparens eique gratias referens de optimo consi-
lio, dixit. „Nunc essem de numero damnatorum, si fuis-
sem de numero Episcoporum!!

«Turpe est ignorare artem quam profitemur et intollerabilis ignorantia, in iis qui praesunt.» S. Leo relatus in cap. si in Laicis 3. dist. 38.


«Verecundum est ex aliorum manibus querere quod apud se inveniri debet.» Cap. Cum in cunctis 7. de elect. ex Gloss. ibid. citans multos alias Canones.

«Unde non sufficit quod Praelatus habeat apud se viros doctos, nisi et ipse sit doctus, vel curet fieri doctus. Caveant super hoc Praelati.»

Sacerdotes privantur facultate excipiendi confessiones complicum in peccato turpi. Benedict. XIV.. tomo I. Constitut. 20. incip. Sacramentum Poenitentiae § 4. Vide dicta ad verb. *confessarius*, et ver. Complex. Sacerdos etiam ad confessiones non approbatus praferendus est sacerdoti complici in peccato turpi pro excienda confessione ipsius complicis in articulo mortis constitutae. Idem, Constitut. 120. incip. Apostolici munera §. 2.

Sacerdos simplex benedictionem super populum impertiri nequit, praeterquam in fine Missae, nisi forte id ipsi demandetur jure delegato. Idem. tom. 2. Constit. 48. incip. Exemplis. Praesente Episcopo Dioecesano Sacerdos in fine Missae debet prius ad eum se convertere, eique caput inclinare, veluti facultatem populo benedicendi postulans: quod a Sacerdote praetermittitur, si Episcopus Missae intersit, sed extra suam Dioecesim existat, prout desumitur ex Rubricis Missalis, t. de benedictione in fine Missae et Evangelio Sancti Joann. Idem ibid.

Sacerdos abutens Sacrificio Missae ad sortilegia vel in Sacramentali confessione solicitans ad turpia, praeter alias poenas, incurrit perpetuam inhabilitatem ad Missae celebrationem ex decreto Sanctae Universalis Inquisitionis de mandato Benedict. XIV. edito die. 5. Augusti 1745. ut in ejus Bullario tom. 2. in appendic. n. 8. pag. 46.



CAPÍTULO VII

ESTADO ECLESIÁSTICO

DE LA JERARQUÍA ECLESIÁSTICA

La belleza es el esplendor del orden, y el orden en la tierra es la variedad en la unidad. Un escuadrón de caballería es bello, porque son muchos soldados unidos á un jefe; hay catedrales bellas porque son muchos lineamientos y trazados obedeciendo á una idea; y Dios es infinitamente bello porque á una infinidad de órdenes preside simplicísima unidad.

Pues á la Iglesia santa llamada hermosa en los Cantares, no podía faltar tal variedad en la unidad. En lo cual será bien notar con qué maravillosa traza une el Señor lo alto con lo bajo, y lo que poco puede con lo que mucho vale, dando al uno lo que falta al otro. Lo que tiene la montaña de majestad, lo tiene el valle de feracidad; lo que tiene el ave europea en el canto, lo tiene el ave india en la hermosura. Lo que tuvo Aristóteles de sabio, lo tuvo Alejandro de valiente. A San Pablo, de ruin figura, le llaman los gentiles Júpiter por su elocuencia, y á San Bernabé, Mercurio, por su arrogante figura. San Agustín, San Jerónimo y otros doctores que deslumbraron al mundo con su